



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

VI. Impius offendit Deum, quia à creaturis leges accipit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

ps. 26. 12.

mendacia ; mentitur enim iniquitas sibi.

CAPVT VI.

Peccator offendit Deum, quia à creaturis leges accipit.

Vesanus peccator proiecta impudentia cœcus, ad creaturas, peruerso earum vsu, conuertit, earumque leges obuijs, vt dicitur, vlnis acceptat, ijsq; actiones & studia sua cõformat.

*Lib. 1. de
bono stat.
Relig. c. 3.*

Eas his verbis complectitur Platus noster: *Paupertate nihil est miserius & contemptius, nihil beatius diuitijs ; curandum est corpus, voluptates omnes sunt exquirendæ ; pulcherrimũ est eminere inter alios, impetare, celebrari, versari in hominum ore ; si quis conuuium dixerit, verberare appetendum, si quid grauius fecerit vulnere.* De his legibus illud occurrit : *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua, quæ,*

ps. 118. 85.

ps. 18. 8.

iuxta

iuxta regium vatem, immaculata
 est, conuertens animas, testimonium
 Domini fidele, sapientiam prestans
 paruulis; maximè illa, quã Chri-
 stus Dominus tradidit, cum do- *Mat. 5. 3.*
 cuit paupertatem esse beatam, *et 5. et 19.*
 beatosq; spiritu pauperes; beatum esse
 luctum; si quis unam maxillam per-
 cussit, prabendam alteram; abne-
 gandam voluntatem, amplectendam *Lu. 9. 23.*
 crucem, &c. Idq; non tam verbo,
 quàm exemplo; non habuit enim
 ubi caput suum reclinaret; tristis eius *Lu. 9. 58.*
 anima fuit usq; ad mortem, mortem *Mat. 26. 38*
 crucis; calamum quassatum, aut li- *Mat. 12. 20*
 num fumigans non fregit, diuinam
 voluntatem semper fecit, ita vt cibus
 eius fuerit facere voluntatem Patris in *Ioan. 4. 34*
 omnibus. Cum ergo impij leges
 cum sanctis & salutaribus Dei &
 Christi legibus, tota, vt aiunt,
 diametro pugnent, illasq; ille,
 his spretis, ambabus manibus
 complectatur, quam graue sit
 pec-

peccatum mortiferum elucescit.

Lu. 6. 24. Ex eo etiam, quod diuitibus *ua* præ-
Amos 6. 1. dixerit Christus Dominus, iisque qui
 pompaticè ingrediuntur in domum
 Israel, dormiunt in lectis eburneis,
 & lasciuunt in stratis suis, qui co-
 medunt agnum de grege, & vitu-
Prou. 23. 30 los de medio armenti; qui canunt ad
Lu. 6. 26. vocem Psalterij, qui student calici-
 bus epotandis, quibus homines bene-
 dicunt, & super ventum eleuant
Iob 30. 22. elidentes valide. Quid ergo? pec-
 catori ex animo, totoque cor-
 de opto, vt ad se rediens cum
Ps. 118. 33. Dauide votis ardentibus petat:
 Legem pone mihi Domine, viam iu-
 stificationum tuarum, & exquiram
 eam semper; seruandis enim su-
 is legibus, pro gemmato virtu-
 tum torque, asinariam in collo
 feret molam, quæ eum in pro-
 fundum inferni de-
 merget.